



Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

Divini Numinis Assistentia;
Illustrisque Jure Consultorum in florentissima Aca-
mia Lipsiensi Ordinis indultu

J U R A

circa

M U S I C O

ECCLESIASTICOS,

sub

M O D E R A M I N E

DN. ANDREÆ MYLII, J. U.

Inst. Imp. P. P. & Facultatis Juridicæ

Assessoris,

Domini Patroni, Præceptorisq; sui or-

honoris & observantiæ cultu æta-

tem suspiciendi

Ad Diem 21. Decembr. M. DC. LXXXVIII.

Loco horisq; consuetis

Publicæ Eruditorum disquisitioni submittit

JOHANNES KUHNAU,

AUTOR.

L I P S I Æ,

Literis CHRISTIANI BANCKMANNI.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT

1954

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS DEPARTMENT



PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS DEPARTMENT



In Nomine Jesu!

C A P. I.

De

**MUSICIS ECCLESIASTICIS
IN GENERE.**

§. 1.



Vemadmodum jura nostra ultra varias rerum, loci, vel temporis circumstantias, non minus etiam de personis aut ob præminentiam, aut aliam aliquam qualitatem & conditionem varia disponere, nemo limatioris ingenii negabit; Ita etiam Musicorum Ecclesiasticorum jura, utpote de quibus hæc in lucem edere tam ejusdem professionis, quam studii juridici ratio me jubet, diversa fore, spes certa apparet, non tantum quatenus cum jure communi sunt conformia, sed etiam quatenus respectu aliarum personarum aliquid singularitatis continent,

§. 2. Equidem fateor mihi in toto civili jure nullibi vocabulum Musici occurrisse, (nisi quis cum CUIACIO in *l. 6. §. ff. de excusat. tut.* & TREUTL. *disput. 4. tb. 7. lit. C.* putantibus hydraularum, de quibus in *l. 4. C. de excusat. mun.* nomine venire Musicos, à BACHOV. ad TREUTL. *d. l.* absurditatis ob id ipsum argui velit) neque credere possum, hos unquam cuiquam in scribendo materiae juris inservisse, ut exinde ejusdem sterilitas

maxime metui posse videatur: Nihilominus tamen, cum unum
 atque alterum ratione Musices in Corpore Juris Saxonici par-
 sim sancitum, prætereaque jus Canonicum Clericos, horumque
 facta ac res ferè unice pro objecto habeat, Musicique Ecclesia-
 stici certo respectu Clericorum nomine gaudeant, periculum fa-
 ciam in iis, quæ vel per commodam juris applicationem expedi-
 enda, vel specialiter aut singulariter in statutis aut consuetud-
 nibus circa eos obtinent, attingendis, quantum per ingenii vi-
 res licebit mihi, haud ignaro, quod juris perito quævis jura sin-
 gularia perspecta ac cognita habere semper incumbere vide-
 tur, & judex neglectis hisce æque litem suam faciat, ac si in pro-
 nunciando contra jus commune peccet, *cap. venientes X. de
 jurejur Auth. Jubemus, in verb. final.* sententiam legibus & mor-
 bus consonantem. *C. de judic. L. 1. & l. præses C. de serv. & aq.*
 atque hinc Assessores Camerae Imperialis in numerum Assesse-
 rum recipiendos jurare solere, se judicaturos non solum secu-
 dum Imperii constitutiones, & jus commune, sed etiam locor-
 um consuetudines, tradit *GAIL. lib. 1. Observ. 36. n. 14.*

§. 3. Occurrit itaque vocabulum Musici, quod a musica,
 hæc a musa appellatur, ut notat *CALEP. in Lex.* dictione: Mu-
 sa, vel adjective vel substantive accipitur. Adjective vel pro-
 prie pro eo, quod ad musicam artem pertinet. *PLIN. lib. 2. cap. 2.*
ibi: sed Pythagoras interdum ex musica ratione appellat tonum
QUINTIL. lib. 1. cap. 12. ibi: aut musicis notis cantica excipia
 Item *TERENT. in Prolegom. Phorm. ibi:* in medio omnibu-
 palmam positam qui artem tractant musicam. Vel improprie
 quando tractare artem musicam pro comœdias & fabulas scri-
 bere accipitur. *CALEPIN. in vocab. Musicus.* Substantive pro
 eo qui tractat hanc artem, quæ acceptio hujus loci est.

§. 4. Est autem Musicus persona circa sonos
 per diversa intervalla harmonica concentum effice-
 rentia artificiosè & prudenter jungendos & inflecten-
 dos occupata hominis movendi gratia.

§. 5. Definitionis hujus genus dicitur persona, quæ deno-
 minatio propria est animalibus ratione præditis, quare nonni-

impr

improprie Musica tribui potest avibus, quippe quæ carentes ratione, quemadmodum horologia horas indicant, ita saltem per aliquod simulacrum virtutis in expressionem tonorum feruntur.

§. 6. Objectum est sonus, utpote principium omnium Musicorum intervallorum, totiusque harmoniæ, ad quam se habet, uti unitas ad numerum, punctum ad magnitudinem, momentum seu instans ad tempus. Nec enim intervallum vel harmonia dari potest, nisi ex sonis principium ducat, & in sonos resolvitur, quemadmodum periodus in phrases, phrases in dictiones, hæ in syllabas, posteaque in literas, quæ minima pars periodi denique efficiuntur, de quibus forsitan prolixius, Deo dante alibi dicendum.

§. 7. Forma consistit in facultate sonos artificiosè inflectendi & conjungendi, ita ut sonus sonum excipiat per diversa intervalla. Nec objici potest, etiam sine intervallis absolvi posse cantum & tamen esse Musicam, si scilicet notæ reperiantur in loco stabili, seu uti Musici loqui amant, in Unisono, quia distinguendo ad hoc respondetur: Aut perfecta est harmonia, hoc est consistens in Tryade harmonica, seu Tertia, Quinta & Octava, computatis hisce semper respectu Bassi seu inferioris Vocis, ita ut nihil amplius ad complementum harmoniæ desit, tunc nihilominus intervalla adsunt, habito respectu vocum se simul concomitantium in eodem temporis puncto. Qui tamen componendi modus Melopoëtæ celebri non adeo usitatus est, nisi ratio textus seu verborum illum per aliquot saltem Tactus postulet: Aut non adeo perfecta est harmonia deficiente nimirum in quolibet Systemate, seu positione Tactus alterutro dictarum Consonantiarum, nimirum, Tertia, Quinta, vel Sexta, Octava, ita ut harum species inter se concordantes non conjunctim reperiantur, quod imprimis contingit in aliquo cantu duarum Vocum, vel etiam unius, tunc iterum sunt intervalla relatione unius Vocis ad alteram simul facta: Aut cantus ita est imperfectus quoad harmoniam, ut una tantum vox audiat, non stipata præsidio alterius Vocis, & hoc etiam ob defectum Dyadis vel Tryadis harmonia non dicitur, quod

apparet in eo, si quis solus canit absque fundamento, seu quod
idem est, sine Basso Continuo, tunc si notulae in eodem tono semper
per haerent, verum quidem est, quod nulla intervalla intercedant.
Sed quis non videt ridiculosum hoc casu esse cantum, nec nomen
alicujus musici concentus mereri? Ex quibus omnibus, uti apparet,
aut plane in Musica non dari exempla sine intervallis, aut raro,
ita omnino de forma ejusdem erit sonos in diversa intervalla
distingvere, desumpta nimirum conclusione potiore. *arg. l. 10. ff. de stat. hom.* BARBOS, in *Tract. Axiom. juris* 69. verb. *denominatio n. 1.*

§. 8. Porro notanter dictum: *artificiose & prudenter* quoniam
Musices notitia ac cognitio hic requiritur, unde remotentur,
qui notas nescientes instar Monialium Psalmos laudant sine
recitantium, saltem id quod alios in aliquo instrumentum
agere vident, caeco imitantur ausu, nec rationem ejus, quod
agunt, aliquam reddere possunt, quales plerumque sunt illi
fiduciosos rusticorum die Bauer Siedler,

§. 9. Effectus est motus microcosmi. Sic videmus
pellere Musicam angorem animi ac morbos, è *sacris lib. 2. Regum*
cap. 3. v. 15. lib. 1. Samuel. 16. 14. 23. 25. cap. 18. 10. cap. 19. 9. Quod
beneficio Musices effectum, vide sis apud QUINTIL. *lib. 2. cap. 1.*
Quare dicitur medicina dolorum haec incomparabilis scientia.
Tom. 3. Intimat. Witteberg. p. 138. MATTHIOL. in Discor. Ca-
merar. par. 2. cap. 81. horar. succisv. JOHAN. BESTAMANTIUS
lib. 1. cap. 5. de Reptilibus, n. 11. Mirifice motorum Musica exem-
plo loco se ponit Augustinus, dum inquit, sibi saepissime cantio-
nes lacrymarum undas elicisse. Patet adhuc quanta Musica
virtus Davidis fuit in Saulo *1. Samuel. 16. vers. ult. & Sirach. 4.*
20. inquit; *Musica latificat.* Aristotelem, cur haud raro ho-
minis animus consuetudine honestae voluptatis afficiatur, Mu-
sicae attribuentem vide è *lib. 8. cap. 4. de Repub.*

§. 10. Haec Musica illa ipsa est, qua delectatur immo-
talis ille omnis harmoniae Archytippus & fons ter optimus
Maximus, cujus venerandi gratia super holocaustis canebatur
Num. 10. 10. Sic hymnum cecinit ipse Christus, *Marc. 14. 26.*
& qui innumeri occurrunt textus in sacris.

§. II. Facessant igitur imprudentes & ignorantes illi Musices osiores, qui inconditum pecoris Arcadici, cui non dissimiles, clamorem, grassumque eorum hinnitum dulcissimis ac elegantissimis Musicorum cantionibus præferre non erubescunt, quæ quid de Athia Scytharum Rege tradit Plutarchus *Orat. 2. de Fortitud. Alexand. Magni.* Et sunt, qui Musicam tanto habent odio, ut illam tanquam incitamentum voluptatis plane damnent, atque inter res pretiosi temporis jacturam accelerantes numerent, quorum asseclam se præbuit nuper Scholæ quidam Rector in programme aliquo ad auscultanda Musices fata invitatorio Anno 1686. d. II. Januarii edito. Cujus vero improvidæ assertioni saltem ostendo illud Beati Lutheri in *Colloquiis*, dum inquit: *Wer die Music verachtet / wie denn alle Schwermer thun / mit dem bin ich nicht zufrieden. Denn die Musica ist eine Gabe und Geschenke Gottes / und nicht eines Menschen. So vertreibet sie auch den Teufel und machet die Leute fröhlich. Man vergisset dabey alles Zorns / Unkeuschheit / Hoffart und anderer Laster. Ich gebe nach der Theologie der Music den nächsten Locum und höchste Ehre / und man siehet / wie David und alle Heiligen ihre Gottselige Gedanken in Verse / Reim und Gesänge gebracht haben. Nam Musicam in se consideratam omni laude dignissimam esse, ejusque incredibili suavitate æternas futuræ beatorum vitæ felicitates exprimi uno omnes sanioris mentis contentur ore, hacque summum omnium rerum Conditorem maxime coli. Cui suffragatur, quod habetur in Corpore Juris Saxonici, ubi ejusdem studii haud exigua habetur ratio. Tit. von denen Stipendiaten auff beyden Universitäten Cap. 4. §. Und nachdem die Musica nicht allein an ihr selbst eine Lust und nützliche Recreation, dadurch des Menschen Herz nach dem Zeugnis des Heiligen Geistes erfreuet / sondern auch der ausdrückte Befehl Gottes ist / daß er dadurch in der Gemeine Gottes gelobet und gepreiset werde / soll in der Wochen auff etliche bestimmte Tage / allewege nach dem Essen die Musica durch unsere Stipendiaten exerciret / und hierzu auch ein Magister als ein Capell-Meister verordnet werden / welcher unter die Magistros repetentes gerechnet / auch denselben gleich sein verordnet Geld empfangen soll. Darzu denn jederzeit eine qualificirte Person*

Person aus den Stipendiaten erwehlet werden soll / so der Muß vor andern erfahren / und der Geschicklichkeit ist / daß er den Gesang regieren / und da in selbigem durch einen oder mehr gefehlet würd / ihnen leichtlich wiederumb darein helffen und die harmoniam erhalten könne. Dergestalt denn auch / da es mit der Zeit an Cantoribus mangelt / und solche Ingenia mehr zu Schul- denn zu Kirchen-Diensten Neigung und Willen hätten / beneben den Schul-Diensten auch eines Cantoris officium an vornehmen Orten versehen / und gleichwohl der Schule mit Nutzen gedienet werden möchte. En ipsum Serenissimum Principem ac legislatorem musicam commendantem ac de eius laude testificantem!

§. 12. Quamvis non negari possit, Musicam in applicatione sæpe esse damnosam, quatenus plurimi forsitan ea dolose abutuntur, non ad verum & præscriptum finem tendentes. Sic dantur veteres Arriani, qui suavissimis musices interpretationibus venenum hæreseos suæ tegebant & propagabant. SOCRATES *lib. 8. cap. 8.* NIÇEPHÖR. *lib. 6. c. 30. lib. 9. cap. 16.* Sic cum magno prudentum toedio ea abutitur exosum illud ac servile fidium genus in tabernis, ita ut eosdem etiam jura pro infamibus habere videantur, ut est textus in *Land-Recht lib. 1. art. 50.* qui dicitur de violatoribus pacis, in verbis: Und wäre auch ein Mann ein Spielmann / oder unehlich geböhren / er ist doch Dieb / oder Raubers-Genosse nicht / also daß ic. item art. 37. ut testes non possint.

§. 13. Aut quis ad meliora seu altiora natus ita Musicæ operam navat, ut tempus aliis necessariis artibus ac studiis destinatum ea abutendo, perdat, quorsum spectat quod SIMON ERIAS SCOPUS. *par. 2. Disput. 28. th. 4.* Musicam, inquit, quod continet vocalem & instrumentalem, moderate iis utendum, & prudenter, ne frui iis velle videamur, aut ne iis intempestive utamur cum dispendio temporis, cum offendiculo infirmorum, & curarum meliorum detrimento, & sine scopo confirmanda virtutinis aut animum curis lassatum instaurandi & reficiendi. Quod & perpendit Illustrissimus Saxo in Corpore Juris. In der Schul-Ordnung Rubr. Die erste und andere Stunden nach Mittage in quinta Classe. Verba sunt: Damit auch Juge

Jugend in den Particular-Schulen mit der Music nicht lange auf- gehalten und von nöthigen Studiis abgezogen werde / sollen die Præceptores die Knaben nicht mit vielen langen weitläufftigen præceptis artis beschweren / sondern ihnen allein Compendium Musicae Fabri lesen/darinnen was ihnen nothwendig ist. Quibus verbis hoc tantum intenditur, nihilominus Musicam eos, qui eam profiteri cupiunt, colere posse, sed ita, ne cætera discentis juven- tutis studia, quæ principaliter scholarum foundationi causam do- derunt, postponantur. v. C. J. S. Tit. Von den Stipendiaten auff beyden Universitäten cap. 4. §. Und nachdem die Musica ist. in fine, vid. supra §. 11.

§. 14. Sunt itaque Musici ob præcedentia dicta minime spernendi, quibus Altissimus ipse oblectatus, quod videre licet in Allaph, Heman, Jeditum, aliisque in populo Dei. Et Alexandrum Magnum Anaxarchum Musicum impensè coluisse, interque ami- cos habuisse primarios, in profanis legitur.

§. 15. Nec negotium hodie nobis facere possunt verba di- cti textus Land-Recht art. 50. fidicines die Spielleute pro infami- bus habentia, quoniam per glossam ibi declaratur vocabulum Spielman / in verbis: Das Wort Spielmann vernimm von Fiedlern und ihren Genossen / quod non intelligi potest de majori artificio ludentibus, fistulis scilicet, vel aliis instrumentis pruden- ter canentibus: Præterea dicta vox in Latina versione per nomi- nationem joculatoris expressa est, quo varii generis prohibiti lu- sores & honesto consortio indigni indignantur, ut cap. un. de vi- ta & honest. Cleric. & in verbis finalibus dictæ glossæ. Auch wisset daß Gäuckler und Zauberer auch Spielleute heißen / ut in l. final. C. de malef. & mathem. §. l. 5. eodem, & ait GOTHOFREDUS ad di- ctam Rubricam lit. F. per Mathematicos & cæteros similes, menda- cissimos homines intelligi, non Geometras, Arithmeticos, Musicos, vel Astrorum peritos, sed qui illis artibus abutuntur. Et quemad- modum alias Mathematici omnibus propter utilitates multas, laudibus extollendi, CASSIODORUS 2. Variar. 45. §. c. 17. ita etiam Musicis tanta deprehensione injuriam fieri quis non videt?

§. 16. Quanto honore excellentes Musici nostri temporis habeantur, id videre est in nonnullis maximorum Europæ Princi-

pum aulis, siquidem hos incomparabilis Musices dulcedo adflans
grans ejus studium allexit cum suis præcipuis Ministris peræqu
atque inferioris notæ homines, ita ut admiranda ingeniorum f
licitate ad veræ perfectionis culmen ascendisse non inique di
possit.

§. 17. Sed ad propositum revertentes dividimus Musicos
Vocales & Instrumentales. Vocales sunt Cantores vel latè
dicti, quales sunt qui cantant vocem, quæ si extrema est v. g. gr
vissima, Bassus, vel acutissima, Discantus (Italis Soprano) appe
latur, si intermediæ sunt voces, una vicinior Basso, Tenor, alter
Discanto, Altus dicitur. Unde dicuntur Musici Italis Sopran
sti, Altisti, Tenoristi & Bassisti. Vel Cantores strictè accept
qui regulariter ultra cantare Chorum ac Musicam dirigere, inf
perque scholis simul præfici consueverunt. Instrumental
sunt, qui tractant vel instrumentum simplex, quod est vel pne
maticum, quod simpliciter inflatur, ut est Italis Trompone, Fla
to, Tromba, Piffaro, Cornettino, Fagotto, à quibus singulis M
fici denominantur v. g. Italice Cornettinisti, Trombonisti: V
simpliciter pulsatile, ut Instrumentum κατ' ἐξοχήν sic dictum, It
lis Spinetto o Cembalo, Clavicembalo, Viola, Violone, Viola
Gamba, Liuto o Theorba, Harpa. Hi dici solent Italice Spinett
sti, Violinisti, Viola da Gambisti &c. Vel tractant Instrume
tum mixtum, quod simul inflatur & pulsatur, quale est organu
pneumaticum, quod compositum diversis fistularum generibu
item follis & arcis Blase, Bälgen und Wind-Läden/ & ut fistu
distinctim pulsatis clavibus in manubribus vel pedali audiantur
extrahuntur vel ducuntur regulæ pleveriades, Germanice (D
Register) diversum concentum reddentes, quarum diversas sp
cies mirifica artificum excogitavit hodie industria, plerasque eas
usitatas recenset REYHER in Synopsi Mus. 1b. 25. Porro dividu
tur in Dirigentes & Administrantes. Hi possunt esse illi de qu
bus hætenus. Illi dicuntur compositores seu Musices & cho
Magistri, item Directores Capellæ, Italice Maestri di Capella. I
neque ipsi cantant, nec pulsant vel inflant instrumenta, sed imp
rantem illam Musicam, quæ aliis propria modulamina præscrib

re solet, hoc est, artem componendi profitentur, & ob excellentiam in Musicorum ordine primum locum obtinent.

§. 18. Patescit jam ex dictis adhuc divisio Musicorum in publicos & privatos. De his dicetur alibi. Ad illos Ecclesiasticos referri, nullum est dubium, qui nihil aliud sunt, quam Musici publicâ authoritate ad cultum sacrum musicum pro certo salario ac beneficiis constituti.

CAP. II.

De

PERSONIS MUSICOS ECCLESIASTICOS CONSTITUENTIBUS, AC CONSTITU- ENDI REQUISITIS.

§. 1.

CONstituuntur Musici Ecclesiastici ab illis, qui gaudent jure Patronatus, h. e. qui facultatem illos eligendi & præsentandi habent. Nam his duobus actibus jus illud absolvitur. BRUNNEMANN. *de jure eccles. lib. 2. cap. 8. n. 1.* CARPZOV. *lib. 1. de Jurispr. Consist. def. 13.* cum jus nominandi & vocandi quidem eidem insint, salva tamen substantia abesse possint. SCHILTER. *in Instit. Jur. Can. lib. 1. Tit. 13. §. 9.* Gaudent vero hoc jure vel personæ singulæ, vel Universitates. Personæ singulæ vel ipsæ eo utuntur, vel earum successores. Nec refert, an Masculi sint, an foeminae *cap. 16. in fin. X. de concess. præbend.* PARIS. *Consil. 48. n. 3. & seqq. in fin. X. de concess. præbend.* ABB. *Cons. 34.* CURT. JUN. *Cons. 257.* qui communem hanc esse opinionem affirmat. Successores vel sunt universales vel singulares. Universales, ut hæredes, hoc jure sine dubio utuntur, utpote defunctum repræsentantes *l. 59. l. 177. ff. de R. 7.* nullâ habitâ ratione suorum & extraneorum, quia transit ut pars hæreditatis *cap. 3. X. de jur. patron.* FINCKELTHUS. *in Tract. de jure patron. cap. 5. n. 66.* non tamen fideicommissarii universales, ob inseparabilitatem religionemque hujus juris, pecuniarium commodum renuentis. GOMEZ. *tom. 1. var. resol. cap. 5. n. 29.* FUSAR. *de subst. q. 6. 634. n. 2.* In successorem singu-

larem non transit separatim. Hinc emtor, non nisi cum re un-
 pendet, tanquam accessorium illud acquirit *cap. 13. X. de jur. p-*
tron. idque ad Simoniacum vitium evitandum cap. 16. X. d. t.
 si universitas cum hoc jure venditur, valet venditio, ob natura
 dictionis cum accessionem denotantis §. 17. *Inst. de legat.* vid. A
 GUSTIN, BARBOS. *dict. 75. n. 8. & seqq.* ZOES. *ad Tit. X. de jur. p-*
tron. n. 21. Quamquam non incommode distingvant aliqui, a
 expressio juris Patronatus sit facta declarativè, an copulativè,
 illo, non hoc modo jus patronatus transeat, quia quæ copulati
 exprimuntur, principaliter exprimi videntur. COVARRUV. *lib.*
var. resol. cap. 18. n. 8. vers. his vero rationibus. ZOES. *d.*
n. 22. Hodie vero nullum hac in re superest dubium, postquam r
 ceptum, ut jus illud etiam pretio certo æstimari possit. FINCKE
 THUS. *d. tract. cap. 5. n. 17.* Idem de permutatione asserendum
 observatis tamen, de quibus FINCKELTH. *d. l. n. 7. & seqq.* requisit
 Sed & conductor prædii, cui jus patronatus adhæret, illud recte e
 ercet. AUGUST. BARBOS. *ad cap. 7. n. 4. X. d. t.* ut & usufructu
 rius BRUNNEMANN. *d. tr. n. 15.* & fiscus, si bona patroni publica
 sunt ZOES. *d. l. n. 26. & sequester HARPRECHT. ad §. 3. Inst. qu*
mod. re contr. oblig. n. 161. GOEDD. *de sequestr. cap. 2. n. 59.* De
 tor autem ipse præsentat, cum maneat dominus bonorum, quib
 jus patronatus est annexum CARPZOV. *lib. 1. def. consist. 44.* BRU
 NEM. *de Jur. Eccl. l. 2. cap. 8. n. 16.* ibique Dn. STRYCK. verb.
vero creditores. Universitati etiam hoc jus competere extra
 mnem dubitationis aleam positum est, per ea, quæ tradit ZAF
in Ichnograph. municip. cap. 32.

§. 2. Ut autem electio fieri queat, requiritur ut officium e
 clesiasticum sit vacans *cap. 8. X. de jur. patron. cap. 2. cap. 13. & u*
X. de concess. prab. alias enim sternetur via peccandi licentiæ, v
 toque mortis captandæ & futuræ successionis contra *can. 10. Ca*
7. q. 1. ROLAND. à VALL. *Vol. 1. Consil. 47. n. 35. seq.* CHRISTI
Vol. 1. Decis. Belgic. 71. n. 22. seqq. nisi necessitas legem non h
 bens *can. 39. vers. sed notandum. 1. q. 1.* substitutum ætate
 mis provecto, cujus vires muneri ecclesiastico impares, adjung
 FRANC. DUAREN. *de benef. eccles. lib. 8. cap. 2.* WEBER.
Jur. patron. posit. 120. vel de novo quædam ultra Musicorum m

merum personæ constituuntur, ut sæpe in aulis Principum contingere videmus. Quamdiu autem officia ecclesiastica vacantia relinquuntur, de hoc videatur Doctorum distinctio inter Patronum laicum & ecclesiasticum. Card. TUSCH. *Concl. pract.* 147. n. 11. & seq. lit. P.

§. 3. In nostris terris temporis spatium, intra quod Patronus successorem eligere tenetur, de quo *c. un. §. verum. de jur. patron. in 6.* non attenditur præcise, sed quoniam relictæ defuncti viduæ liberis semestre gratiæ conceditur in *Ordinat. Eccl. Serenissimi nostri Electoris Rubr. von Immunitatibus und Freyheiten der Kirchen Diener*; id quod etiam nostrorum Musicorum relictos concernere infra pluribus apparebit, interea Patronus deliberare potest, aut si hoc neglexerit ab effluxò semestri certum adhuc v. g. 14. dierum spatium ipsi conceditur cum clausula comminatoria, quod ob cessationem munus ex officio citra tamen præjudicium juris patronatus suppleatur. SCHILT. *Inst. Jur. Can. lib. 1. tit. 13. §. 30.*

§. 4. Electio fit in præsentia omnium Patronorum aut omnium, si est universitas, membrorum *cap. 24. X. de elect. arg. l. 17. §. fin. in fin. verb. & potuit præf. ff. de recept. arb. ibique GOTTFRED. lit. E. uni Gamalieli cæteros omnes Judæos cessisse Actor. §. ait, alias etiam vel unus absens nec vocatus ad electionem agere potest de contemptu & sic ad nullitatis querelam procedere; plus enim absentiam operari, quam præsentiam cum contradictione, eleganter dicitur in Gloss. *d. l. 17. §. ult. LAPILL. Alleg. 51. n. 13. vers. ita dicimus. ANTON. FABER. in Cod. lib. 2. 35. def. 3. n. 6.* Quod consensum attinet, sufficit majoris partis BALD. *Consil. 238. n. 4. vers. & consideratio, lib. 1. licet una saltem vox ultra dimidiam partem adsit, arg. l. 3. ff. quod univ. nom. Idem BALD. Consil. 376. lib. 3. circa fin. cum igitur utraq; pars.* Si fiant duæ electiones per vota paria, neutra valet *l. 17. §. 6. ff. de recept. art.* quo casu tamen Episcopi seu Consistorii gratificationi non minimum tribuendum *arg. 24. X. de jur. Patron. modo virtutes præsentandorum sint pares, alias præfertur, qui majoribus juvatur meritis, uti sunt verba in cap. 3. X. d. t. Hodie in his terris etiam populi seu parochianorum consensum ad vo-**

cationem nostram requiri tradit *CARPZOV. lib. 1. Jurisp. Eccl. def. 30.* ita tamen, ut non promiscue populi multitudinis u-
 pote non raro tumultuantis & precibus pretiove forsan exc-
 tatae arbitrio, sed potius optimatum & Magistratum popu-
 lorum nomen complectentium aut etiam praefectorum Ecclesiae jud-
 icio res committatur. *can. 16. can. 18. q. 1. WINCKELM. de ju-
 Vocan. Ministr. Disp. 1. tom. 3. Gress. tb. 57. & seq. CARPZOV. d. lib. 1.
 def. 31. FINCKELTHUS. d. tract. cap. 6. n. 79.* Legitimam hanc
 electionem sequitur praesentatio, quando Patronus nominatum
 & vocatum Musicum cum literis Episcopo vel Consistorio a-
 profectuum explorationem transmittit, eumque si fuerit repe-
 tus idoneus in sua arte, in quo peritorum musices artis testimo-
 nium adhiberi solet, arg. eorum, quae habentur apud *HIERO-
 de MONTE Tract. de fin. regund. cap. 32. RULAND. de Commu-
 l. 4. c. 19. & 20. & 21. P. 1. MASCARD. de prob. Vol. 3. Concl. 110
 n. 8. 13.* aut etiam, si simul scholae praesse debeat, in articulis
 dei, eruditione, confirmari petit. Formulam praesentandi vi-
 apud *BERTRACH. Repert. Voc. patron. Eccles.* Solennia tamen
 haec pro diversitate personarum constituendarum variant, &
 etiam plane omittuntur. Sic Princeps pro lubitu, quem vult
 cujus virtutes amat, aulicum eligit Musicum. Haecque co-
 sant in aliis oppidanis Musicis, ut & in minimo Clericorum
 ordine. In Organicis tamen, quamvis simul scholae Collab-
 ratores non sint, obtinet, ut in Consistoriis praevio examine co-
 firmentur *CARPZOV. lib. 1. def. 80.* quibus vero literas spe-
 ciales vocationis dari non necesse est. *CARPZOV. d. lib. def. 81.*

CAP. III.

De

PERSONIS, QUAE AD MUSICORUM ECCLESIASTICORUM MUNUS CON- STITUI POSSUNT,

§. 1.

CUm Personae, quibus hoc munus imponendum idoneae e-
 debeant, requiritur in iis (1) artis peritia, arg. *l. 4. §. 4. ff. ob-*

obligat. l. fin. ff. de extraord. cognit. l. 2. ff. quod quisq. jur. l. 9. §. pen. ff. locati, quæ pro diversitate locorum vel excellentior vel remissior esse potest. In constituendis Cantoribus peræque uti in Capellarum Magistris, requiritur, ut sint Musici poetici, h. e. ut sciant componere. Huic contrariari quidem videntur, in *Corp. Jur. Sax. Ord. Schol. Tit. von Examine und Amt eines jeden Schulmeisters und Collab. p. m. 297. §.* Desgleichen sollen die Cantores, verba: Derwegen denn die Pfarrer mit Fleiß darauff Achtung geben/ und ernstlich verschaffen sollen/ daß in denen Kirchen nicht ihre/ da sie Componisten seyn/ oder anderer neu angehenden/ sondern der alten und dieser Kunst wohl erfahrenen und fürtrefflichen Componisten/ als Josqvini, Clementis non Papæ, Orlandi, &c. In quo allegato textu peritia componendi in Cantore non tantum non requiri, sed etiam plane prohiberi videtur. Sed quis nescit consuetudinem jam contrariam? quippe cujus autoritas etiam legem vincit *l. 31. §. 20. ff. de adilit. edict. STRUV. Synt. Jur. Civil. Ex. 2. th. 22.* neque hac in re rationi est dissentanea, prout alias requiritur *GAIL. lib. 2. Obs. 31. n. 11.* nullus enim Cantoris officio, quod in dirigenda tota Musica consistit (nimirum in iis locis, ubi specialis Capellæ Magister non habetur) satis facere potest, nisi sciat componere, 1. quia adjuvantes Musicos forte errantes, quod haud raro contingit, ob defectum incomparabilis hujus artis in ordinem redigere nunquam valet, maxime, si modulamina multis partibus seu vocibus insignique artificio sint elaborata & quæ plenus chorus exprimere debet. 2. Orlandi & Clementis Motetæ Instrumentali Musica non concomitantur, quod alias Musicæ non exigua gratia est & in Ecclesiis nostris ubique usitata & recepta *CARPZOV. Jurispr. Conf. lib. 2. def. 263. n. 1. & seqq.* 3. Sæpissime textus singularis & ab aliis peritis Musicis nondum compositus ad aliquam incidentem venit elaborandus. 4. Non semper ea Musicalia, quæ jam pridem ab aliis descripta possident, ad suorum adjuvantium vel captum, vel si hi sunt vocales, felicitatem vel infelicitatem gulæ quadrare possunt, quæ omnia tamen prudentes Compositores accurate considerare solent. Ideo *alleg. Ord. Scholast.* textus non obstant, sed illud saltem intendunt, ne eorum Cantorum in Musica poetica non sa-

tis exercitatorum labores atque operæ in Ecclesiis canantur, colligitur è verbis: *Daß in denen Kirchen nicht ihre/ da sie Componisten seyn / oder andere neuangehenden Gesänge &c.* per vocabulum *Componisten* non in gradu perfecto componentes intelliguntur, licet aliàs verba simpliciter posita non secundum quid, sed absolute sint intelligenda *l. 1. §. si quis ff. d. V. O.* in potiori significatu *§. 2. in fin. f. de Jur. nat. gent. &c.* & verba quæ possunt referri ad unum quod est fortius, & aliud, quod minus forte, ad illud, non ad hoc referri debeant, ut ait *SIGNOROL. HOMOD. Consil. 68. n. 6.* attamen ubi mens & ratio, quæ verbis preponderat. *CARD. TUSCH. Concl. pract. 199. lit. R.* diversum quid importat, ibi etiam diversitas juris. Quid quod clare ibi verbis, *Componisten oder anderer neuangehenden/* de incipientibus & qui nondum Compositionis habitum acquisiverunt, feruntur est. Particula enim disjunctiva *vel* consuevit poni inter paria ternata *BALD. Conf. 87. circa med. verb. Similiter ista dicitur lib. 4.* & importat repetitionem, quia æqualitatem alternatorum continet. *IDEM. TUSCH. Concl. pract. 392. lit. D.* & ut verba generalia sequentia restringuntur ex præcedentibus. *OLDRAD. Concl. 121. verb. ad tert. quest. n. 14.* plene *BALD. Consil. 262. n. 2. verb. contrarium usq; ad fin. lib. 1.* ita e converso sequentia declarant præcedentia. *SIGNOROL. HOMOD. Consil. 38. n. 7. circa med. verb. præterea non est novum.* Quare uti alias, ita in citato juris Saxonici loco, plus operari verba non possunt quam mens & ratio disponentis *CARPZOV. part. 3. Const. 4. def. 2. n. 1.* quæ fuit, ne cantilenæ corrupto melodiarum libidinosarum nomine, & ad saltandum incitantium compositæ, in sacris adhiberentur, uti sunt sequentia verba dicti textus: *und dergleichen Gesänge enthalten/ so auff Tank/ Messe oder Schandlieder Weise nicht componiret/ sondern es also anstellen / was in der Kirchen gesungen/ daß es fein herrlich tapffer sey / und zur Christlichen Andacht die Leute reizen möge.* Cæterum si componens abstineat huiusmodi prohibito componendi stylo, sed illo gravi atque ad devotionem animos movente utatur, plane ob cessantem prohibitionis rationem, ipsa cessabit prohibitio *l. 32. ff. ad L. Aquil. l. 83. §. 5. ff. de V. Q. ibique JASON. n. 12. Præterea non inficias eundem,*

stri temporis Musicorum virtutes ad ejusmodi perfectionis culmen ascendisse, ut supra dictos celebres Melopoetas, ut Orlandum & Clementem, quoad mirificam movendi felicitatem superare, haud paucos intrepide affirmem.

§. 2. Quod vero Cantorum vocem attinet, non refert, an canant inferiorem seu Bassum, an huic viciniorem, seu Tenorem, hæc tamen magis commoda tum ad incipiendas & cantandas Germanicas cantiones & Psalmos (die teutschen Lieder) quia Bassi profunditas illarum altum ambitum attingere non semper valet, tum etiam ad informandos pueros, quorum vox utpote acutissima à Tenore non nisi una Octava distat, & ita in paritate soni ipsis nihil aut parum difficultatis affert, tam quoad perceptionem præscripti toni, quam etiam quoad gratissimum vocis moderamen adhibitumque artificium in exornandis modulaminibus plerumque non expressum, quod Italis Maniera dicitur, in quibus omnibus mirifico gaudet successu Tenor præ Basso, quanquam & huic non desint aliæ suæ felicitates ac elegantiae.

§. 3. An compositionis peritia requiratur in Organicis, non incommodè quæritur? Videmus quidem in eorum electione non principaliter eo respici, cum officio suo satisfacere censeantur ad directionem Magistri præscriptorum modulaminum mensuram cœteraque necessaria observantes. Interim tamen plerisque celeberrimis locis Organici Compositores sunt, id quod non parum conducit ad tractandam prudenter, & ut ajunt, discretione admiranda Bassum generalem, qui in uno quasi compendio totum multorum concentum præsentat, quamobrem etiam errante Organico, quod in Musica poetica perito ob subitam dissonantiarum perceptionem non facile metuitur, cœteros omnes ferè errare oportet. Et hæc forsan inter rationes referti potest, cur hodie in oppidis haud paucis Directorium musices ecclesiasticæ Organicis simul committitur, uti hætenus factum videmus v.g. Wittebergæ in Templo arcis, Zittaviæ ad D. Johannis. In aliis Musicis sufficit peritia suæ vocis seu Instrumenti. Unde his consequens est, imperitos planè non esse admittendos, quippe non ipsi solum errant, sed & suis erroribus reliquos adjuvantes à recta notarum, toni & mensuræ via abducunt, ac scanda-

lum & nauseam coetui fidelium, imprimis vero peritis auribus præbent, & sic tantum abest, ut ejusmodi musicâ alias ad Dei gloriam introducta *vid. Theol. Witteb.* In bedencken von Orgeln ap GREGOR. DEDEKENN. *Vol. 1. Consil. Theol. p. 2. in append. ad loc. minister. sect. 6. n. 5. & seqq. p. 1073.* animos ad devotionem moveant ut potius risum & loqvacitatem excitent, quæ lasciviâ aliâs sancti prohibita reperitur in *Ord. Eccles. Sax. art. gen. 17. §.* Es soll an jedes Orts.

§. 4. Deinde (2) necesse esse videtur, ut ex legitimo thoro sint nati. Id enim in Clericis omnino requiritur *cap. 7. & cap. 25. X. de elect. cap. 14. & 18. X. de filiis Presbyter.* quorum appellatione nostri Musici sine dubio intelliguntur. CARPZOV. *lib. Jurispr. Consist. def. 75.* ubi adjungit Rescriptum Consistorii summi ad informationem des Raths zu Grimmitzschau: daß unter diesen Worten / Kirchen und Schuldienern / Pfarrer / Diaconi, Organ Custos uund andere Schuldiener / als Præceptores von den Obsten bis auff den Untersten verstanden werden / welches wir euch zur Nachricht ertheilen wollen. Rationem vide in *cap. X. de fil. Presb.* Hinc disponitur in *Ord. Schol. Sax. Rubr. von Election, Examine* und Amt der Schuldiener §. demnach / ibi: daß ein ieder vorhin / ehe er in das Examen admittiret seines Herkommens etc. glaubwürdige Testimonia &c. fürbringen. A Musicalibus Instrumentalibus denen Stadtpfeiffern secundum illorum statuta ab Imperatore Ferdinando III. d. 15. Decemb. 1658. Ratisbonæ confirmata, mihiq; à nostris Lipsiensibus in Originali exhibita, nulli tyro recipitur, nisi qui testimonia legitimæ nativitatis ostendere potuit. Verba ita se habent: Zum eilfften / gleicher Gestalt / auch kein Lehrmeister einen Lehrknaben von obbemeldten oder andern untüchtigen Verfohnen annehmen / sondern diejenigen / so Begreifung der Musicalischen Kunst auffgedinget werden / sollen nicht allein von ehrlicher Geburth seyn / sondern auch für sich selbst nicht verbrochen haben / wodurch sie infamiam juris contractet / und auff sich gezogen / Gestalt denn bey der Auffdingung jeder Lehrknabe seinen Geburthsbrieff / so nach Verordnung der Rechte und eyndlichen Aussage zweyer Zeugen verfasset / vorzeigen / derselbe so lange in des Musicalischen Collegii nächster Lade v

wahrlich beygeleget werden soll/ biß er seine Lehr=Zahre ehrlich und redlich ausgestanden/ und deswegen mit einen guten Zeugniß und Lehrbrieff versehen werden kan.

C A P. IV.

De

OFFICIO MUSICORUM ECCLESIASTICORUM.

§. I.

JAm in eo est, ut quam nacti sunt Musici spartam, adornare ac tueri sciant, exemplo Israeliticorum hymnos tempore sacrificii psallentium, & voce & organis, tubis, psalteriis & cytharis, *Paralip. cap. 24.* Et officium Nostrorum pro eorum diversitate varium reperitur. Nam Directoribus, si opus, imperitos certis horis informare, ipsisque artem musicam discendi viam commonstrare incumbit. Quod de iis acceptum volo, quibus cura informandi simul est commissa, uti in Cantoribus harum civitatum factum videmus. Ea propter Amplissimus hujus urbis Senatus, ferventem Ecclesiarum & Scholarum curam gerens, in renovata Ordinatione Scholasticâ publicata Anno 1684. mens. *cap. 6. §. 1.* sic disposuit: Soll der Cantor allen möglichen Fleiß anwenden / daß die Knaben so zum singen geschickt / und in der Musica etwas præstiren können / darinnen wohl abgerichtet werden / dieweil sichs aber oft zuträgt / daß der Cantor wegen fürfallender Leichen die ordinari Singe=Stunden nicht halten kan / auch ohne das nicht möglich / daß in einer Stunde alle und iede absonderlich gehöret und informiret werden / welches gleichwol / wann sie zur perfection kommen sollen / von nöthen / als wird der Cantor darauff bedacht seyn / daß er auch zur andern ihm bequähmen Zeit einen und den andern / bevorab diejenigen / welche seine naturalia und Lust zum singen haben / erfodere / privatim in musicis höre und unterweise. Deinde diligentes præparaciones, quas probationes vocant, institui necesse est, vel, ut non satis exercitati sufficienter instruantur, vel etiam, ut, quæ scribentium errore irreperunt, advertantur & corrigantur vitia. Adjuvantes dirigentes observare, monitaque ipsorum non negligere, nec minus probationibus, omnes vero debito tem-

pore cultui sacro interesse tenentur, ne id, quod huic destinatum
 differatur, quare semper ob oculos posita habeant. *Ordinat. Ec-*
cles. Saxo Tit. von Examine und Amt eines jeden Schulmeister
 §. Es soll auch der Cantor zu gewisser Zeit mit den Knaben in der
 Kirche seyn/und samt den Organisten die Gesänge also anstellen
 daß iederzeit der Pfarrer oder Kirchendiener auff seine bestimmte
 Zeit auff der Cangel sey/ und die ordentliche Predigt verrichte/ da
 mit das Volck nicht mit Unwillen zu lange und über die Zeit auff
 gehalten werde. Huic adjung. supra laud. nostr. *Ordinat. Scholast.*
Senat. cap. 6. §. 4. In der Kirchen soll der Cantor &c. ubi diebus fe
 stis hora octava matutina concioni incipiendæ præfixam legimus
 Ac licet in allegatis textibus Cantoris vel etiam Organici tantum
 fiat mentio, attamen quin alios Musicos ecclesiasticos hæc tempo
 ris observantia tangat, nulla ratio reddi potest. Idq; à singulorum
 propria persona requiritur. Ubi enim certæ personæ industria
 est electa, ibi operæ & servitia per substitutum nequeunt expedi
 ri. *l. un. §. ne autem. C. de caduc. tollend.* Exempla vide sis apud L
 DOLPH. *SCHRAD. de Feud. part. 6. cap. 6. n. 49.* ALVIROT. *in cap.*
§. si quis decess. ibique MATTH. de AFFLICT. Tit. *Si de Feudo defun-*
cti contentio sit inter dom. nisi substitutus ejusdem sit perfectioni
 & Patronus consentiat BARTOL. *in l. Nemo est n. 3. in fine ff. de duo-*
Reis.

§. 2. Ulterius Directores sibi dictum putent, ne in compo
 nendis modulaminibus sacris lascivio utantur stylo, & plerumque
 in obscœnis cantionibus usitato, exemplo haud paucorum mode
 norum, quos tanta cepit dementia, ut aliter ingenii sui felicitate
 immortalitati commendari non posse sibi persuadeant, nisi etiam
 in iis orationibus, quibus Deus flebili affectu & gestu vult exorari
 ut est v. g. Kyrie eleison, ejusmodi artificio extremo conatu stud
 ant, quo loco excitandæ devotionis, auditoribus potius saltan
 cupido injiciatur. Verum qualem mereantur hi gloriam, app
 ret ex Serenissimi Electoris *Ordinatione Scholasticâ*, ubi summo
 zelo ejusmodi Componentium inventa ex Ecclesiis plane eradic
 ri debere sancivit. Tit. von Examine und Amt eines jeden Schu
 lmeisters p. m. 2. 7. §. Desgleichen sollen. verb. derowegen die Pfarr
 ibi: und dergleichen Gesång enthalten/ so auff Tanz/ Weß od
 Schan

Schand-Lieder weise nach componiret; *Similiter non minorem quærent gloriam alii Musici, adjuvantes, vel voce vel aliis Instrumentis modulamina absolventes, dum vel ea, quæ aliàs optimè composita sunt & elaborata, vel etiam alias sacras Germanicas & ab Ecclesiâ receptas melodias per multarum notularum interval-la extravagando corrumpunt, ita ut nemo psalmum aliàs notissimum assequi possit, quos satis depingentem ad hoc citamus Johannem XXII. in cap. un. de honest. Cleric. Extravag. comm. Vers. sed nonnulli nova Schola, cum quo eandem propemodum tubam haud incongruo consensu jam pridem inflasse videntur Augustinus, ali-ique plures in hoc Musicos non parum invehentes, quique dis-sentientem non habent Serenissimum nostrum Electorem Ord. Scholast. vom Examine und Ambt eines ieden Schulmeisters Corp. Jur. Sax. p. 297. Desgleichen sollen vers. derowegen denn/ ibi son- dern es also anstellen/ was in der Kirchen gesungen / daß es herrlich tapfer sey/ und zu Christlicher Andacht die Leute reizen mag.*

§. 3. An vero Directorum Musices partium sit singulis diebus dominicis noviter compositas cantiones cultui sacro adhibere, in hoc nihil certi constitutum, interim tamen in aulicis Capellis ferè obtinet, quod Principes à Capellæ Magistris id exigere non rarò soleant. Alibi aliter sese res habet, & labor eorum plerumque ita temperatur, ut quidem adhibeantur cantiones modernæ, non tamen planè sepositis veterum inventis, quo, cum auditorum stomachus non sit idem, cuilibet eorum, imò magis incolis quam accolis satisfiat, quo de cautum in summe laudabili dicta *Ordinat. Schol. Lips. cap. 6. §. 5.* In den Cantionibus soll er auch einen Unterscheid halten/ und weder die neuen so gar oft einführen / und gebrauchen / noch der alten Moteten gar vergessen / sondern sich hierinnen mehr nach den Bürgern und Einwohnern / als nach denenjenigen / so allein die moderna be- lieben/ richten. Arbitrium tamen Pastoris loci singulis domini- cis hac in re consulendum. *Ord. Scholast. Sax. d. Rub. vom Examine eines ieden Schul. §. Desgleichen sollen.* Quod non tantum ad istas cantiones figuratas, quæ ab Italis Concerti nominantur, est adstringendum; sed etiam ad eas, quæ vocant chorales, extenden- dum, quippe quæ proximè citato loco æque imò magis commen-

dantur, utpote notæ omnibus devotionemque excitantes. §. Es
 auch der Cantor nicht allzeit figuriren / sondern die Gesänge
 Rath der Pfarrer also abtheilen / damit auch gemeine Psalmen
 mit der ganzen Kirchen / sonderlich aber reine schöne Christlich
 lehrhafte Psalmen und Lieder gesungen werden / so entweder
 Luther selbst gemacht / oder also rein und Christlich gerühmet
 den. Unde simul infertur, non esse in Cantoris potestate, nov
 cantiones sacras introducere, de quo etiam extat *Decret. gener*
Elect. in princ. §. 2. Also sollen. Siquidem earum canonisatio in ar
 trio Episcopi, adhibitis tamen Theologis posita est. ARNOLD
 MENGERING, *Inform. Consc. p. 631.* CARPZOV. *p. 2. decis. illustr. 1*
per tot.

§. 4. Cum Ministris Ecclesiæ interdictum sit Procuratoru
 ac Advocatorum officium administrare *c. 1. 3. X. de postul. junct*
1. 2. 3. C. de testamento. TUSCH. *lit. C. Conclus. pract. 381. n. 7.* qu
 ritur an etiam nostri Musici ultra suum officium simul Advoc
 officium suscipere illoque fungi possint. Quod affirmare non d
 bito. Licet enim alias passim sit prohibitum, ne quis dupl
 fungatur munere *l. 14. §. 1. C. de Assess. l. 5. ff. eod. l. 13. §. 4. ff.*
Secf. Trebell. cap. 32. de præbend. in 6. TIRAQV. *de Const. p. 3. limit.*
n. 38. attamen hoc saltem de muneribus incompatilibus, si un
 us administratione alterius administratio impeditur, est accipie
 dum. DEC. *in cap. ex literis n. 54. de probat.* TUSCH. *Concl. pra*
65. lit. B. Quomodo fieri non potest, ut Cardinalis simul sit Ep
 scopus. Ille enim in curia Pontificis, hic vero in Episcopatu
 fidere debet. Nam una eademque persona non potest in plu
 bus locis naturaliter simul existere. AUG. BARBOS. *ad cap. 2. §.*
X. de Cleric. non resident. Aliud enim dicendum, si officia su
 compatible, ita ut unius functione non excludatur vel postp
 natur alterius. GAIL. *lib. 1. Obs. 144. n. 11.* GONZAL. *ad reg. Ca*
cell. gloss. 5. §. 7. n. 21. CARPZ. *p. 2. decis. 194. per tot.* Qualia h
 nostra esse nemo non videt. Sic Scholæ Collaborator officio No
 rii fungi potest. *vid. Rescript. Electorale ad Superintendentem*
Senat. Freiberg. d. 30. Sept. 1624. in caus. M. G. L. Correctoris em
sum apud CARPZOV. lib. 1. Jurisprud. Consist. def. 90. n. 11. Simi
 ter ædituus in pagis opificium exercere non prohibetur. *in Or*

Eccles. art. gen. 40. §. Als auch die Glöckner. vers. so lassen wir hiermit nach. *Ideo non obst. l. 17. l. 26. l. 41. C. de Episc. & Cler. Novell. 123. cap. 6. Dist. 80.* ubi Clerici à curis secularibus prorsus arcentur. Id enim de Clericis proprie talibus, qui scilicet prædicando & administrando Sacramenta Ecclesiæ inserviunt, accipiendum esse, vel inde constat, quod verba aliàs in proprio significato intelligi debeant. *IMOL. in l. 29. §. instituens n. 46. vers. quia verba in dubio. ff. de lib. & postb. COVARRUV. lib. 3. variar. Resol. cap. 5. n. vers. in his. CRAVETT. Consil. 194. n. 7. ubi latè. TUSCH. Concl. 10. lit. U.* Et quod excluduntur è Nostris ab hoc munere Ludimoderatores *CARPZ. Jurisprud. Consist. lib. 1. tit. 6. d. 89.* ea inter alias reddi ratio potest, ne imperitis & indoctis ad postulandum licentia pateat *l. 1. §. 4. de extraord. cognit. l. 9. C. de LL. add. Resol. Gravam. de anno 1661. Tit. von Justitien Sachen §. ebener massen wird auch zum 34sten Ord. Torgens. de anno 1583. Tit. von Advocaten und Procurator. p. 479. §. gebet darauf.* Sic aliàs honorabile ac laudabile Advocatorum officium utpote vitæ humanæ pernecessarium *GAIL. l. 1. Observ. 41. n. 4.* in contemptum abiret, si ejusmodi Rabulis committeretur, qui illud plus ad subversionem veritatis, quam ad justitiæ enodationem exercent. *MANGON. de rect. patr. rat. part. 1. c. 6. n. 18.* quique non eloquentes, sed simpliciter loquentes quæstus gratia garriunt, lites litibusque cumulant, easque æternas fere reddunt, & miseros rusticellos vi adamantina ad se pertrahunt, svadentque ut Dominis moveatur lis, ita scite loquitur *KNICH. de Pact. vest. c. 3. n. 60. & 326.* Jam vero Custodes seu æditui communiter ex professo jura non didicerunt, lites potius augentes quam supprimentes *CARPZOV. cit. def. n. 7.*

CAP. V.

De

SALARIO MUSICORUM ECCLESIASTICORUM.

§. I.

UTi Magistratui Musicos constituendi cura incumbit, juxta Exemplum Davidis in eò laborantis, ut starent juxta Altare Cantores, qui dulcia cantica sacra decantarent. *1. Paralip. c. 7. v. 31.* ita

de eo

de eorum honesta sustentatione prospicere juxta effectum Scrip-
tæ arg. *Esa. cap. 60. Eccles. 7. 33. & 34.* ANTON. FABER. in *Cod. lib-*
tit. 12. def. 18. n. 5. JOH. LORIN. in *Comment. Num. cap. 11. vers. 12.*
& certa salaria seu stipendia constituere, eorundemque præsta-
nem promovere debent, uti patet ex *Ord. Eccles. art. gen. 20.*
Und nach dem verb. Sollen die von der Obrigkeit. Est enim o-
rarius dignus sua mercede *Matth. 10. v. 9.* Et alias Ecclesia idon-
destitueretur membris. FRID. BALD. de *Inst. Ministr. cap.*
p. 299.

§. 2. Consistit salarium vel in pecunia, vel in aliis rebus,
frumento, cerevisia, sale, ligno, aliisque pro cujusque regio-
more, fructibus; FRANCISC. STYPMANN. in *Tract. spec. de salar.*
Cler. cap. 2. per tot. Sic prope meum originis domicilium Wel-
steinii, ejusdem arcis Capellæ Musicis in locis plerumque vic-
oribus habitantibus, diebus singulis dominicis accedentibus
Musica inservientibus, ultra salarium pecuniarium, prandia
rantur. Quantitatem constituens determinat, cui præcise
hærendum *l. i. ff. de pact.* Et si jam antea erat determinata, poste-
præficiatur quis officio simpliciter sine determinatione, conti-
tum hæctenus salarium tacite repetitum censetur arg. *l. 18. C. lo-*
cond. ibique BALD. n. 1. GOMEZ. 2. Resp. 3. n. 3. GAIL. 2. obs. 23. n.
Semel autem determinata nec sub prætextu annorum sterili-
vel fertilium, ac inde provenienti variationis in pretio nec au-
ri, nec minui debet. Multo minus detrahitur quicquam, si te-
pore luctus publici Musica abstinemus vid. *CARPZ. lib. 2. def. 2.*
& seqq. cum Musico imputari nihil possit, quia per eum non
tit, quo minus officio suo fungatur *l. 38. ff. locat. l. penult. C. de c-*
dict. ob caus. NATT. *Consil. 452. GAIL. lib. 1. Obs. 44. in fin.* JAC
GOTHOFRED. *tract. de salar. cap. 6. tb. 16.* nisi ab initio in ista
consenserit conditionem, nempe ut solvatur salarium pro
temporis quo operæ præstentur; nam tum necessario existet
conditionis requiritur. *l. 10. ff. ad Leg. Rhod. de jact. l. 213. ff. de l-*
BALD. in *l. si uno §. item cum quidam ff. locat. cond.* Ergo non s-
minuenda salaria arg. *c. 16. q. 7. cap. 25. X. de dec.* JOH. JAC. SPEID
in *notab. jurid. hist. polit.*, verb. zehend vers. *decime res sunt*
NICOL. REUSNER. *lib. 4. decis. 2. n. 24. & seq.* Sed ut potius auge-

tur salaria, pietati est conveniens, imo etiam legibus, ut si prædia parochianorum augmentur, qui certis in locis nostris Officialibus partem salarii contribuunt, habita cujuscunqve facultatum ratione *l. 1. C. de muner. patrim. l. 4. C. quemadm. civil. mun. indic.* HENR. BOCER. *de Collect. cap. 8. n. 4.* CASP. KLOCK. *de Contrib. c. 17.*

§. 3. Prædicta procedunt non modo in salariis ordinariis, quæ ex lege vel consuetudine quotannis regularem & uniformem præstationem habent, aliasqve fixa & certa dicuntur; sed & in extraordinariis, quæ certum ordinem, tempus & personas solventes non habent, sed prout res & casus contingit, exsolvuntur *l. un. C. de vocat. publ. muner.* MINDAN. *lib. 2. de mandat. cap. 4. 5.* hæc, quod ordinariis redditibus superpondii loco accedunt, Accidentalia appellantur, cujusmodi sunt, quæ ex funeribus, epithalamiis, aut nuptiis Cantoribus, Organicis, Custodibus, aliisque Musicis tam vocalibus quam Instrumentalibus denen Stadt-Pfeiffen porriguntur. Hi ultimi quo contenti debeant esse, vide Ord. Polit. Tit. 16. von Privat. Copulat, §. 7. Weilm auch die Stadt-Pfeiffer und Geiger.

§. 4. Debetur autem salarium annuum non solum Musicis ipsis, sed & eorum hæredibus, si intra annum decedant *l. 11. in fine C. de prox. sacr. Scrin. lib. 12. l. 38. ff. locati. l. 11. §. 9. C. de judic.* GAIL. *lib. 1. Obs. 44. n. 12.* Nam operæ muneris coeptæ jam sunt & ex parte impletæ ac confectæ. SCHULT. *p. 1. q. 4.* MEV. *ad jus Lubec. lib. 3. tit. 8. art. 7. n. 28.* BOCER. *Class. 6. disp. 7. th. 41.* GROENEW. *ad l. 15. C. de Advoc. 1.* Attendendæ tamen sunt locorum consuetudines RIMALD. *Vol. 2. Consil. 135.* SCURFF. *Cent. 1. Consil. 7. n. 29.* In nostris terris hoc tempus restrictum est ad semestre, quod gratiæ das halbe Gnaden-Jahr dicitur, quod liberis & viduæ defuncti ex singulari beneficio ac gratia Serenissimi Electoris Saxonici concessum in Ord. Eccles. de anno 1680. sub Tit. von Immunit. und Freyheiten der Kirchen-Diener §. Und zu fernerer Gnade. Quo concessio, residuum salarii non debet excedere illam temporis ratam, quo functioni ecclesiasticæ præfuit defunctus, nisi saltem unus mensis vel aliud modicum tempus à die obitus restet, quo casu terminus promeriti salarii pro completo habetur CARPZ. *def. consil. 174.*

174. Itaque in beneficio semestris gratiæ acquiescendum erit, fo-
san ex hac ratione, ne duo singularia ac specialia beneficia co-
current, quod ratio juris non admittit *l. 1. C. de dote promiss. l. 19.*
ex quib. caus. major. l. 8. §. 3. ff. de leg. prest. CAMILL. BORELL. *Col.*
64. n. 12. VINC. CAROCIUS in *Tract. de loc. tit. de SS. Eccles. n. 3.*

§. 5. Quamvis vero hoc beneficium dimidii anni ad liber-
& viduam Cantorum, Organicorum, Scholæ Magistrorum, v-
Ludimoderatorum, aliorumque Musicorum ecclesiasticorum
non extendatur CARPZ. *lib. 1. def. 226. 227. 228.* cum dicta Or-
natio ecclesiastica strictè accipienda sit de Pastoribus & Diaconi-
id quod confirmant verba §. Und zu fernerer Gnade ibi zu fernerer
Gnade wollen wir der verstorbenen Pastorn und Kirchen-Diener
Wittwen und Kindern ein halb Jahr nach ihres Ehevirts od-
Batern Absterben in der Pfarr / Predigt oder Diaconat-Beha-
fung den Sitz / darzu den halben Theil seines Jahrs-Besoldung
von Zeit seines Absterbens folgen und unterdessen den Predigt
Dienst durch die benachbarten Pfarrer versehen lassen / & voc-
bulum generale Kirchen-Diener restringitur per subsequenti
quod in jure nostro non infreqvens est BALD. *Consil. 187. ante me-*
verb. item interdum lib. 4. ANTON de BUT. *Consil. 19. n. 7. verb. ite-*
ubi precedente. Nihilominus tamen in nostris terris jam ubiq-
Ministri Ecclesiæ fere cujuscunqve ordinis, imprimisque in Con-
storiis confirmati liberis ac viduæ concedi hoc semestre gratiæ e-
perientia testatur. Hoc præsupposito videndum à quo tempo-
deberi incipiat, & usque ad quod præstetur hocce salarium.
dicendum, quod statim à tempore mortis currere incipiat, uti a-
paret in *alleg. Ord. Eccles. sub Rubr. von Immunitatibus und Fre-*
heiten der Kirchen-Diener d. §. Und zu fernerer Gnade/ibi von 3
seines Absterbens & duret per viginti & sex septimanas CARPZ
lib. 1. def. 195. n. 6. in fine. Quod verum est, si salarium trimestre
quovis, seu Quartali, uti vocant, solvi consueverit pecuniarium
& Minister decedat aut principio vel fine aut etiam medio trim-
stris. CARPZOV. *d. def. 195.* tam quoad salarium ipsum, quam quoad
accidentale, quod offertur per dictas septimanas viduæ ac liberis
sive modicum aut exiguum sive frequentius sit & longe exsuper-
ret id, quod sequenti semestri acquiritur, prout cuique fortuna

temp

tempus favet ac largitur *CARPZ. d.l. def. 191. n. 2. & seq.* Fallit tamen I. Si moriatur tribus vel ad summum 4. septimanis ante terminum solutionis, vel una aut duabus septimanis post, tunc prius nihilominus viduæ ac liberis lucro cedit, posterius insimul in dimidium gratiæ annum imputatur *CARPZ. lib. 1. def. 195.* ubi ad hujus confirmationem tria præjudicia affert. Fallit II. in ejusmodi officialibus, quorum, salaria non in pecunia, sed decimis, censibus, panibus, aliisque fructibus ac redditibus consistunt, ubi ejusmodi terminus semestris non tam accurate attenditur, sed æqualis habetur in fructibus per annum totum perceptis seu percipiendis divisionis inter successorem & viduam seu liberos instituendæ ratio, qui annus incipit à die Michaelis, uti de hoc habetur observantia in Consistoriis consignata, quam allegantem, atque de qualibet anni parte, qua decedit Ecclesiæ minister, ratione hujus semestris præstandi fusè tractantem vide *CARPZOV. l. 1. def. 191. & seqq.* quibus omnibus in decernendo hætenus inhæserunt Consistoria, quoniam, quæ certam habent observantiam, temere mutanda non sunt. *COTHMANN. Resp. Acad. 27. n. 3. 8.*

§. 6. Debetur hoc semestre gratiæ defuncti liberis ac viduæ, non ut hæredibus, sed ut singulariter privilegiatis. *FINCKELTHUS. de jur. Patron. c. 6. n. 94. in fin.* Unde sequitur, ascendentes & collaterales ab ejusdem perceptione planè excludi, quia privilegia Principis strictam recipiunt interpretationem *ANDR. de IERN. in cap. imperialem n. 2. de Alienat. Feud. imprimis quoad præjudicium tertii. GAIL. lib. 2. Obs. 1. n. 14. MATH. de Afflict. decis. 286. n. 3. LUDOLPH. SCHRADER. de Feud. part. 4. cap. 1. n. 31. SOCIN. in Reg. 381.* Certe hic præjudicium novi successoris versari, nemo abibit inficias. Præterea privilegium datum ob aliquam personæ qualitatem ac causam, ut viduitatis, descendantiæ, cessante ea, perit *c. cum cessante X. de Appellat. JOHANN. AZOR. Instit. moral. lib. 5. cap. 22. quest. 6. part. 1.* Quod in tantum verum est, ut non extante vidua aut liberis, hæredibus plane nihil debeatur, sed illorum reddituum in certam sortem redigendorum usuræ novo successori aut aliis miserabilibus personis ad vitæ sustentationem porrigantur. *CARPZ. lib. 1. def. 220. & seqq.* Sed si post obitum Patris vel mariti sic privilegiatæ personæ decesserint, naturam beneficii

ficii amittunt & cum cæteris confunduntur bonis, jureque hære-
ditario competere censentur, vid. CARPZ. *d. lib. 1. def. 216.*

§. 7. Hinc porro infertur, excludi ab hoc beneficio re-
signantes suo officio, id quod etiam apparet ex supra *alleg. Ord. Ec-
cles. Rubr. von Immunitatibus oder Freyheiten der Kirchendi-
ner §. und zu ferner Gnade.* Circa divisionem hujus semestris
gratiæ inter viduam & liberos instituendam non exigua haud ra-
ro occurrit difficultas. Quidam unam medietatem salarii liberi
alteram viduæ attribuunt, alii huic tertiam vel quartam partem
reliquum vero illis adscribunt, alii iterum in capita distributio-
nem fieri debere autumant, & quilibet non destitui rationibus na-
cti suos sunt asseclas. Primam sententiam foventes d. *Ordinatio
Eccles. Rubr. von Immunitatibus* verbis *der verstorbenen Witwe
und Kindern applicat legem. 13. ff. princ. de hered. instituendo*
item l. 7. ff. de usu fruct. accresc. l. 34. princ. ff. de legat. 1. Nimirum a-
ferunt eam copulæ *Et* naturam esse, ut concurrentibus personis
nominatis aliquo nomine singulari cum personis colectivo nomi-
mine conceptis, quales sunt v. g. liberi, filii, fratres, de quo vid. etiam
SIMON. de PRÆTIS. *de Interpret. ult. volunt.* TUSCH. *Con-
tract. 4. lit. N.* hæc cum illis per illam copulatæ unam partem acci-
pian unam personam repræsentando GUILIELM. ANTON. d.
FREUNDEBERG. *de rescript. morator. lit. 7. concl. 23. n. 68. 69. in edi-
tione recentiss.*

§. 8. Pro stabilienda altera sententia, quam CARPZ.
lib. 1. def. eccles. 212. approbare videtur, affertur *Constitutio E-
lectoralis 20. p. 3.* quæ defert quartam partem cuius relicti
viduæ extantibus liberis, aut vero non extantibus, tertiam.
Sed huc non quadrare veremur: argumentum desumptum à ju-
re hæreditario ad hoc jus singulare. Quid enim si nulli ade-
rent liberi? viduam tunc lucrari tertiam saltem, certe non au-
deo dicere. Nec hisce medela afferri potest, dicendo, e-
communi Interpretum opinione juris accrescendi extra casum
ultimarum voluntatum locum non esse *l. 110. ff. d. V. O.* JASON.
in l. 2. ff. de legat. n. 20. JOHANN. SVEV. *in Tract. de jur. ac-
cresc. c. 2. post princ. lib. 2.* quia fallit in causis ex liberalitate &
gratia Principis proficiscentibus, ex speciali Imperatoris Constans

tini sanctione in *l. un. C. si liberalit. imperial. soc. lib. 10.* idque sine dubio ob plenissimam hujusmodi beneficiorum interpretationem *l. penult. ff. de const. Princip. DUARENUS de Jur. accresc. lib. 1. cap. 15. n. 16. SOCIN. Reg. 267. fallent. 4.*

§. 9. Quod tertiam opinionem attinet, eam idem CARPZ. antequam prædictæ secundæ sententiæ inhæsit, fovit in *Const. 5. p. 2. def. 12.* motus (1) similiter particula *Et*, cujus alias est natura, ut res dividat in æquales partes *l. 43. ff. de re jud. l. 33. ff. de leg. 1. l. 59. §. 5. ff. mandat. l. 11. §. 1.* ibique GOTHOFRED. in *lit. B. ff. de duob. reis const.* in quo ultimo textu clarè dicitur, illum & illum centum stipulatos partem virilem stipulatos videri (2) *per l. un. §. 10. C. de caduc. toll.* ubi hæredibus, institutis conjunctim & disjunctim, atque ex disjunctis uno deficiente, conjunctim institutos deficientium portionem acquirere deceditur, & in §. *sequenti* de solis simpliciter conjunctis legatariis, mentio fit, quibus singulis una deficiens portio in viriles partes accrescit. (3) *l. 85. ff. de legat. 1.* ubi fundo duobus legato singulis pro virili datur actio. (4) *allegat. d. l. 7. ff. de usufr. accresc.* ubi Attio & hæredibus usufructus legati dimidia pars ad Attium, altera ad hæredes spectare dicitur. Ex quibus inferri voluit, singulos liberos cum vidua concurrere in hoc dimidio anno gratiæ pro partibus virilibus dividendo. Verum cum accuratius in dictas leges ac rationes inquiratur, dubito ullam earum quicquam concludere. Nam quod dicitur, copulativæ naturam esse partiri in æquales partes, verum est in iis casibus, ubi personæ tantum singulares per illam copulantur, & sic simpliciter in considerationem veniunt, puta illi & illi in testamento aliquid relictum *l. 11. §. 1. ff. de duob. reis.* aut sententia in aliquos lata quemvis pro parte virili obligat, uti in *l. 48. ff. de re jud.* Jam vero noster casus, ubi viduæ ac liberi salario semestri donantur, plane diversus est, ubi copula *Et* non attingit ab utraque parte personas singulariter conceptas, sed has conjungit cum personis sub nomine aliquo colectivo comprehensis, quæ ita conjunctim sumptæ non possunt non unam saltem partem facere *l. 9. ff. de vulg. & pupill. substit.* Similiter *l. un. §. 10. & 11. C. de caduc. toll.* huc non pertinet, neque afficit text. in *l. 85. ff. de legat. 1.* cui eadem responsione occurritur. Multominus

vero l. 7. ff. de usufr. accresc. quæ potius stat pro robore primæ sententia.

§. 10. Hanc tamen posteriorem sententiam nostram facimus & quidem ideo, quoniam Serenissimi Electoris mens & intentio extra omne dubium respexit ad hanc divisionis æqualitatem nulla habita vel viduitatis vel descendentiæ ratione ac prerogativa, cum una pars æque atque altera ejusmodi beneficiis debere esse capax, imprimisque liberorum sæpenumero, nondum educatorum cura haberi, quibus potius ob merita patris privilegium concessum, id quod etiam probatur in *Decis. noviss. Elect. Sax. 48. §. hingegen Haben ic.*

§. 11. Et sic acquiescimus in ipsa hujus privilegii illustrissimi interpretatione, utpote quæ alias nulli magis quam ipsi concedenti ejusque successoribus conveniens est *FRANC. NIGR. CYPRI. Forens. Controversi. 144. n. 48. lib. 1. §. 622. n. 2. lib. 4. ME Part. 2. Decis. 30. n. 9. KLOCK. Consil. 1. n. 48. BARBOS. Th loc. comm. l. 9. c. 76. de Interpret. Axiom. 14. optima & verior edicitur RAUCHBAR. p. 2. q. 11. n. 141. NOLDEN. de Statu 2. hil. c. 18. n. 23.*

§. 12. In remedio pro salarii constituti acquisitione querendo, hæserunt non pauci Doctorum, multumque variarunt. *RUTGER. RULAND. Tract. de Commissar. pract. 1. lib. 7. cap. 7. n. DONELL. ad l. 1. ff. mandat. n. 10. MANZ. in prelud. bell. civil. q. 3. n. 1 §. 9. 4. n. 13. VALASC. Tract. de Jur. Canon. cap. 32. in fin. BENIGN. l. 1. C. de suffrag. UMM. ad Process. jud. disp. 3. Coroll. Optimum hac in re confugere ad nobilissimum judicis implorandi officium JACOB. GOTHOFRED. in Tract. de salar. cap. 13. tb. 12. STYPMANN. Tract. cap. ult. n. 131. nisi stipulatione promissum fuerit, nam actio ex stipulatu conceditur,*

§. 13. Sed an in concursu creditorum hæc salaria aliqua prioritate gaudeant, videndum. Quamvis notum sit censibus, decimis, similibusque pensionibus de jure communi nullum prælatio jus præter solam tacitam hypothecam concessum esse *l. 1. ff. in quibus caus. pign. vel hyp. l. 31. ff. de pign. l. 15. qui pot. in pign. JOH. ME BEUTH. de jur. Prælat. part. 1. c. 11. KOEPPEN. Decis. 28. n. 20. ANTON NEGUZ. de pignor. moral. 4. part. 2. n. 126. neque in Constitutione B*

Sax. 28. p. 2. de hujus salarii prerogativa ullum aliquod verbum inveniri, nisi illud appellatione mercedis famulorum in principio dictae Constitutionis unter dem Worte Liedlehn comprehendi inepte quis putet arg. l. 5. §. 2. ff. de praescript. verb. ibiq; BACHOV. in not. HAHN. ad WESENBECK. in tit. locat. cond. n. 5. in fin. ita ut etiam denegetur Advocatis privilegium praelationis HARTM PISTOR. part. 1. q. 8. n. 12. FINCKELTH. Obs. 98. KOEPPEN. Decis. 28. n. 14. REINH. ROSA ad DANIEL. MOLLER. d. Const. 27. n. 6. post princ. Attamen aliud dispositum est in Ord. Process. jud. tit. 42. §. 9. Ferner / ibi dergleichen Schoß.

CAP. VI.

De

PRIVILEGIIS MUSICORUM ECCLESIASTICORUM.

§. 1.

HActenus de salariis, jam de aliis adhuc nostris officialibus competentibus privilegiis pluribus videre licet. Fruuntur (1.) Nostri privilegio potus à collectis cerevisiae exempti *Ord. Eccles. von Immunitat. und Freyheit der Kirchendiener. p. m. 270. §. 5.* So wolten wir auch *ic.* item Tit. von Justitien Sachen *grav. 120.* quam immunitatem Principem subditis quibusdam largiri posse indubitati juris est *l. 11. ff. de vacat. & excus. mun. K L O C K. de Contribut. c. 16. LUDOLPH. SCHRAD. in Tract. feud. p. 10. sect. 1. n. 130.* Non obstat *l. 7. C. de annon. & trib. lib. 10. l. C. de divis. praed. urb. & rust. lib. 11.* quibus textibus Principi ejusmodi potestatem denegari dicitur. Nam respondetur, eos intelligi debere de casu collectarum urgente extrema necessitate impositarum, non vero de iis quas quidem publica utilitas non vero summa necessitas exigit *d. l. ff. de vocat. & excus. mun.* modo aëratio publico non nimis praëjudicetur, hinc etiam ad certum doliorem numerum hoc beneficium est restrictum, uti patet ex alleg. text. von Justitien Sachen *grav. 120.* vers. daß nemlich ibi dann den Rectorn und Conrectorn in Städten 4. und denen andern Schul-Collegen und Organisten in Städten 3. den Schulmeistern und Glöcknern auffm Lande aber jeden 2. Daß *ic.* anstatt des allgemeinen beneficii zu ihren Tisch-Truncf

Trunct gnädigst vergönnet / qui tamen doliorum numerus ad-
stricte successu temporis observatus non est, sed pro ratione cujus-
cunque minist. Ecclesie œconomiae variavit, ita tamen ut post
augmentum aliquod accesserit, ex Serenissimi Electoris Rescripto
ad Circulum Misnicum d. 12. Augusti 1628. quo considerata cujus-
vis œconomia, Rectoribus, Con-Rectoribus & Cantoribus in prae-
claris urbibus ultra octo dolia, aliisque ministris scholae Organici-
cisque ultra sex, Organicis vero & Ludimoderatoribus in par-
ticipatis oppidis ultra quatuor dolia non conceduntur. **CARPZ. lib. 1. d. 145. n. 10.**

§. 2. Et hoc non tantum verum est, si ipsi coquunt cere-
viam, d. Rubr. von Immunit. oder Freyh. §. So wollen wir /
daß sie für ihren Tisch zur Nothdurfft brauen. Sed etiam si
san sumptibus ad coquendum necessariis destituti, & cum fami-
liarum potu viliori, puta aqua, contenti, prouti videmus in pagis, possunt
remissionem collectarum aliis braxantibus vel pro libero potu, ju-
doliorum concessorum numerum, vel etiam pro pecunia par-
cedere **CARPZ. d. lib. 1. def. 147. n. 5.** Hoc tamen ut competat,
quod viri, ut confirmationem in Consistoriis Musici nostri petierunt,
quo neglecto, & antequam de illa facta constet, omnino denegari
consuetudinis esse testatur **CARPZ. d. lib. 1. def. 143.**

§. 3. Immunes sunt ab oneribus personalibus *l. 1. c. 3. C. de
Episc. & Cler. add. Rubr. von Immunitatibus §. Darneben sollen
sere Kirchen-Diener in Städten und Dörffern aller Persönlich
Bürden ibi verschonet bleiben /* quod non tantum intelligendum
putamus de muneribus personalibus, vilibus & sordidis, quae
temporis solum ministerio expediuntur *l. 12. C. de excus. mun. quod
sum referunt excubias agere MUND. c. 2. de mun. n. 20. d. §. Dar-
neben sollen ibi mit Wachen / Gerichts-Folge und sonst für
Person verschonet bleiben /* alia horum sordidorum munerum
empla refert **GAIL. lib. 2. Obs. 52. n. 7.** sed etiam de illis honora-
ribus, quae ratione finis privata sunt, quippe principaliter ad pro-
torum utilitatem spectantia, ut tutela, cura *l. 1. §. fin. l. 18. pr. ff. de
muner. & hon. l. 2. §. 2. ff. qui pet. tut. l. 27. §. 4. ff. de excus. mun.
TABOR. Tract. de mat. & epidom. P. 2. c. 1. n. 6. propter genera-
tatem d. l. 6. C. de Episcop. & Cler. & d. §. Darneben sollen /*

sponte talia munera suscipiant *arg. l. 26. C. de pact. c. 17. X. de for. comp. c. 6. X. de privileg.*

§. 4. Non vero immunes sunt à patrimonialibus *l. fin. §. 24. ff. de muner. l. 8. §. 3. ff. de vacat. & excus. mun. l. 3. C. de Episc. & Cler. Reichs Abschied de anno 1544. Ord. Eccles. Rubr. von Immunitatibus d. §. Darneben sollen.* Unde fluit, quod ratione patrimonialium à metatis seu ab onere milites recipiendi non eximantur, in quo alias privilegiati sunt quoad habitationes seu ædes sibi concessas *CARPZ. lib. 1. def. 123. n. 10.* Musicis Instrumentalibus stricte sic dictis *denen Stadtpfeiffern* simul in proemium sui laboris ubique privilegium competit interesse solennitatibus tum nuptiarum, aliarumque quarundam honestarum conventionum musicæ exercitio, & uti dictum supra, singulari inter illos erecta sunt statuta per totam Saxoniam vigentia, ideo ipsi gaudent jure prohibendi alios, qui non sunt de Collegio eorum. Non obstat (1) quod ejusmodi statuta non nisi collegiatos ligare possint. *JASON. in l. 9. n. 37. ff. de just. & jur. VULT. in l. ult. n. 23. C. de jurid.* (2) quod exercere musicam exindeque lucrum capere sit res meræ facultatis, cujus exercitium omissiore alteri nullum jus tribuit, nec exercenti omissore præjudicat. *STRUV. Syntagm. Jur. Civil. Exerc. 43. th. 22.* Respondetur enim ad posterius, quod liberum arbitrium restringi & à prohibente juris cujusdam, quasi possessio acquiri possit, prohibito acquiescente & desistente ab actu, quem celebratus erat. *STRUV. d. l.* Quoad prius constat, quod qui privilegio certum aliquod Collegium habendi gaudent, habeant simul jus prohibendi alios. *BALD. Consil. 463. n. 5. Vol. 4. JASON. in l. quominus ff. de flumin. n. 85.* Jam vero Musicis talibus seu *denen Stadtpfeiffern* tale Collegium est concessum, idque in divini Numinis gloriam hominumque in Ecclesiis excitandam devotionem, quod non latuit Regem Davidem *lib. 1. Chron. cap. 16. vers. 16.* cordumque afflictorum lætitiā *vid. 1. Samuel 16. vers. 14. 23. 25. cap. 18. v. 10. cap. 19. vers. 9.* alibi que, præterea etiam ob eminentiam suæ artis, qua gaudent præ aliis tibicinibus vel fidicinibus privatis tabernas irrepentibus, ut ne itaque hæc diversitas confundatur, & quod aliis concessum, alii subtrahant *l. 23. C. de testam. PRUCKMANN. de Venat. cap. 4. n. 37.* & collegia

privilegiaque respectu aliorum private concessa intelliguntur.
PARIS. *Consil.* 70. n. 4. & seq. n. 8. & seq. Vol. 1. JASON. in l. 2. ff. de
jur. jur. n. 3. Porro gaudent inter Nostros quidam beneficio provi-
sionis, si videlicet non habent, unde se suamque familiam alant.
Ord. Polit. de anno 1612. Tit. von Consistorial - Sachen n. 3. Ora
Eccl. Tit. von Immunitatibus oder Freyheiten der Kirchendiener
§. wo sich denn & §. seq. Et quamvis dicti textus de Prædicantibus
loqui saltem videantur, nihilominus eorum vis trahenda erit et-
iam ad inferioris Ordinis Clericos, ut Cantores, Organicos, Lud-
moderatores seu Custodes ob identitatem rationis, quæ eandem
juris dispositionem facit l. 32. ff. ad L. Aquil. l. 9. §. 2. ff. de eden-
l. 7. C. de revocand. don. itemque ob dictam Rubricam sæpius citatam
Ord. Eccles. generalem. Von Immunitatibus und Freyheiten der
Kirchendiener/ quo vocabulo omnes, qui inserviunt Ecclesiæ cu-
tui, comprehenduntur. CARPZ. lib. 1. def. 154. n. 9. & seq. Requiritur
præterea, si huic beneficio locus sit, ut provisionarius sit decre-
tæ ætatis, vel etiam ut tali laboret morbo, qui spem reconvalescen-
tiæ plane nullam promittit. CARPZ. d. def. 154. n. 1.

§. 5. Deniq; fruuntur singulari foro, nimirum Consistorio
COCH. in *Prax. for. germ. part. 4. c. ult. §. 19. Ord. Eccl. Tit. von Im*
munitatibus und Freyheiten princ. ibi und damit quo textu et
iam Musicos nostros v. g. Cantores, & Organicos comprehen-
dit non dubitatur ob *can. Cleros. in princ. & §. Cantor. Dist. 24. Or*
Polit. de anno 1612. Tit. von Consistorial Sachen n. 2. §. Und wo
vors andere vers. dieselben auch ohne das sub minimo Clerico
rum ordine begriffen / ideo non possunt conveniri coram mag-
stratu politico, quamvis per reversum datum patrono se ad hoc
obligaverint CARPZ. lib. 1. def. 20. *Jurisp. Eccl.*

§. 6. Ad prædictorum tamen veritatem requiritur, quod
sint Musici ecclesiastici ex eorum genere, qui solent confirmari
Consistoriis, uti sunt Cantores, Organici, Ludimoderatores.
Hinc removemus, qui taliter confirmati non sunt, veluti Prin-
cipum Musicos aulicis Capellis præpositos. Hi enim in alio sin-
gulari foro, quod plerumque iudicium Mareschalli dicitur, con-
veniuntur, aut etiam si res altioris est indaginis, majoremque
causæ cognitionem requirit, decidenda in Cancellariis proponuntur.

tur. Neque ad Consistorium trahuntur die Stadtpfeiffer / qui coram iudice seculari iudicium sortiuntur, prout de hisce omnibus quotidiana testatur praxis: hi tamen in suis statutis, de quibus supra *Cap. 4.* mentio facta, inter alia sic dispositum habent, ut orientibus inter se eorum famam aut professionem vel artem concernentibus controversiis res decidenda sit à sex magistris vicinis, stipatis tribus aliis sodalibus. Verba sunt. Zum sechzehenden / dafern sich zwischen denen Collegien vder derer Verwandten einziger Zwisch und Streit zutragen solte / worüber jemand an seinen ehrlichen Nahmen und guten Leymuth verkleinerlich angegriffen / oder sonsten unverschuldter Weise in Schaden gesetzt / oder auch ihme seine Uffkünstten entzogen werden wolte / so soll der belendigte Macht haben solches sechs in der Nähe gelegenen Lehrmeistern zu verkündigen / die denn zu gelegener Zeit vor die Craiß Laden beyde Theile erfodern / ihre Mißhelligkeiten daselbst anhören und vernehmen / und mit Zuziehung dreyer Gesellen den befundenen schuldigen Theil / es sey Kläger oder Beklagter zu gebührender Straffe zu ziehen / auch ihnen zu Ersetzung aller veruhrsachten Schaden und Unkosten anhalten mögen.

§. 7. Quod ad exemplum Collegiorum opificum introductum est, quorum statuta aliàs tribuunt magistris aliqualem jurisdictionem ac potestatem coërcendi, multamque civilem irrogandi. PAUL. de CASTRO, in *l. 3. n. 5. C. de jurid.* VULTEI. in *l. fin. n. 18. § 29. C. eod.* neque tamen, si specialiter confirmatione simul inclusa jurisdictio non sit, contra *l. 3. C. de jurid.* qua privatorum consensu jurisdictio non datur, peccatur, quoniam eo ipso, quo Collegium approbatum est, non amplius loco privatorum habetur, sed ex autoritate superioris stabilimentum suum, ac proinde eligendi sibi iudices potestatem habet, qui sine jurisdictione ejusdemque exercitio esse nequeunt MATH. STEPHAN. de *jurisd. lib. 2. p. 2. cap. 18. n. 19.* Privilegium fori, nostris Musicis concessum, etiam competit eorum uxoribus *l. fin. § 3. ff. ad munic. l. 5. ff. de ritu nupt.* RICHT. *p. 1. decis. 9. n. 1. ut & viduæ,* SCHNOBEL. *Disput. 5. ad Pandect. tb. 10.* Hæc enim jura & dignitatem mariti defuncti semper retinet *l. 10. C. de nupt. l. 22. §. 1. ff. ad municip.* ubi BARTOL. scilicet, quæ ratione officii vel professionis persona-

naliter concessa non fuerunt. BART. in l. 5. §. 4. de jur. immo-
 CYN. in l. 2. C. de Episc. & Cler. donec ad secundas nuptias con-
 laverit l. 8. ff. de Senat. ubi BART. MATH. COLER. part. 1. decis. 6.
 princ. aut in alium locum migraverit ibi permanendi & domici-
 um constituendi animo, actualique inhabitatione, quod utru-
 que conjunctim requiritur l. 27. §. 2. in fin. ff. ad municipal. l.
 C. de incol. C. ibique FR. de AMAY. n. 99. & seqq. PAUL. LA-
 MANN. Theol. moral. lib. 5. Tit. 6. c. 10. n. 5. Quomodo ve-
 animus probetur, vide l. 2. C. ubi Senat. vel clarif. l. un. C. ubi p-
 tut. FILLIUC. quest. moral. Tract. 9. c. 5. q. 6. MENOCH. A-
 Jud. Quest. lib. 2. Cens. 1. cas. 86. n. 11. & seqq. ZANGER. de Excep-
 p. 2. c. 1. n. 32. COTHMANN. Vol. 2. Respons. 73. n. 49. & seqq.
 Sic etiam liberis competit hoc privilegium parentum, in hu-
 rum laribus adhuc versantibus arg. l. 5. ff. de captiv. & p-
 lim. revers. MENOCH. d. cas. Etiam famulis & ancillis, jux-
 Doctorum sententiam HIPPOL. BONACOIS. de famul. q. 1.
 RICHT. ad Auth. habita C. ne fil. pro Patr. Diss. 2. pa-
 39. CARPZ. lib. 2. Resp. 32. n. 19. Non vero matri arg. l. 13. C.
 dignit. neque sponsæ. Cui quidem obstare videtur (I.) quod con-
 sensu non concubitu nuptiæ fiant l. 30. ff. de Reg. jur. & sic ad e-
 rum perfectionem non defforatio virginitatis seu copula, sed p-
 ctio conjugalis desideretur. l. 32. §. si mulier. ff. de donat. inter vi-
 & ux. (II.) l. 15. ff. de condit. & demonf. ubi legatum sub conditi-
 ne nuptiarum statim post ductionem factam in domum peti p-
 test. (III.) quod cingendus pro cincto & res destinata pro perfec-
 habeatur l. pen. ff. de milit. testim. ubi BART. & BAL-
 l. 8. §. 2. ff. de manumiss. & statutum de lucranda dote in spon-
 locum habere multis affirmat GAIL. lib. 2. Obs. 80. AFFLIC-
 decis. 61. n. 5. CASTR. in l. si marito §. Si pater n. 2. ff. soluto m-
 trim. Verum respondent ad I. Non quemvis consensum, sed eum
 solum, qui in individuum vitæ consuetudinem est directus, nupt-
 as facere. Ad II. quod legatum sit datum intuitu consensus in na-
 ptias, vel etiam quod deducta in domum non amplius loco sponsæ
 habeatur. Ad III. quod illæ regulæ ad potentiam proximam re-
 stringi debeant, prout disput. BACHOV. ad TREUTL. Vol. 2. Diss. 1.
 sb. 1. lit. D. add. l. 32. ff. ad municipal. ZANGER. de Excep. p. 2. c.

n. 59. & seqq. Et nostra sententia de jure Saxonico minus dubii
 habet *Const. 19. p. 2.* in qua à consensu thalami primordia marito-
 rum jurium atque privilegiorum mulieres capiunt, nulla habita
 distinctione, an copula carnalis sit fecuta nec ne *arg. de Const. un-*
de fluit, perlicitam non per illicitam corporum commixtionem
 consummatum esse matrimonium, si enim aliter diceretur, certe
 mulier delinquens hoc casu melioris esset conditionis, quam quæ
 decretis Ecclesiæ paret. BERLICH. *p. 3. Concl. 25. n. 37.* ROBA
 in *Edit. ad MOLLER. ad d. Const. 19. n. 6.* FRID. PENSOLD. in *add.*
 ad COLER. *p. 2. Decis. 287. n. 234.*

§. 8. Sed privilegium fori nostris Musicis competens re-
 stringitur saltem ad personalia, non realia *Auth. Clericus. C. de E-*
piscop. & Cler. c. 1. de privileg. in 6t. c. 6. de for. compet. GAIL. lib. 11.
Obs. 37. n. 4. Ord. Polit. de anno 1612. Tit. von Consistorial: Sas-
chen / n. 2. §. Und weil vors andere vermöge der anno 80. publi-
 cirten Kirchen-Ordnung sub tit. von Immunitatibus und Frey-
 heiten der Kirchen und Schuldiener in allen real Klagen ic. nicht
 aber in Schuldhändeln und andern actionibus personalibus vor
 der weltlichen Obrigkeit beklaget werden. Et hujus rationes ma-
 nifestæ sunt, quia hic non tam personæ quam rei in controver-
 siam deductæ ratio habetur STRUV. *Syntagm. jur. civil. Exerc. 9.*
sb. 49. cujus rei intuitu possessor illius forum sortitur etiam vel
 ex solo vulgato Doct. axioma, bona statutis jurisdictionis ejus
 loci, in quo sita sunt, subjecta esse ALER. *lib. 1. Consl. 16. n. 1. NAT-*
TA Consl. 148. n. 1. vers. sed & in casu. MODEST. PISTOR. Vol. 1.
Consl. 31. n. 47. Hic judex nostrum Musicum ad onera publica,
 v. g. munera patrimonialia ac tributa exsolvenda cogere potest
l. 6. §. 4. & seq. l. 18. §. 21. ff. de muner. & honor. quorsum perti-
 net resectio castri, pontium, viarum GAIL. *lib. 2. Obs. 52.* hic ju-
 dex in actionibus personalibus à judice privilegiato imploratus
 hujus sententiam exequitur *l. 15. §. 1. ff. de re jud. l. 45. §. 1. de ju-*
dic. Novell. 134. c. 5. aut coram eo instituitur etiam actio judicati.
 ALCIAT. in *l. pen. de jurisd.* WESSENBACH. *ad Pand. de re jud. sb.*
19. Si videlicet in foro taliter privilegiato nulla possideantur
 mobilia, alias enim ab his incipiendum esset. *l. 15. §. 2. vers. primo*
quidem ff. de re jud. Ord. Process. Elect. Saxon. Tit. 39. §. anfänglich
zwar.

§. 9. Porro cessat in causis reconventionis, *arg. cap. 3. Reus. de Rescript. in 610 MOLLER. ad Const. 7. p. 1. n. 4. JACO SCHULT. Observ. 38. num. 4. CARPZ. lib. 2. Resp. 40. si lis d nunciatur. GAIL. lib. 1. Obs. 37. n. 7. BOER. Decis. 69. n. 27. part aut succedunt alii in instantia & lite cum defuncto contestat SOCIN. Reg. 227. FRANZCK. ad Pand. de jud. n. 10. GILHAUS. in ar judic. civil. c. 1. p. 2. §. 1. n. 36. Denique in causis criminalibus Or Eccl. Sax. Tit. von Immunit. und Freyheit der Kirchen = Dien vers. aber die Hohen. De delictis nostrorum Musicorum deq exinde proveniente suspensione, remotione, poenâ, item refign tione, aliisque pluribus privilegiis dici adhuc posset. Veru quoniam cum Clericis aliisque personis pleraque in hoc comm nia habent, instituti nostri rationem habentes, labori finem ja imponimus. Soli Sipienti per Jesum Christum sit Honor Laus & Gloria in secula seculorum.*

A M E N.



Will unser Ruhm nur den Helicon ver-
lassen?

Umfaßt Er nur allein der Themis ihr Altar?
Kann seine kluge Faust die güldnen Saiten hassen /
Die Er so oft gerührt bey unsrer Musen-Schaar?
Nein / Nein / wir hören noch im Thomasiner Tempel
Wie Er das Orgelwerck mit Freuden greiffet an.
Diß Opfer stellt Er nur zum rühmlichen Exempel
Daß ein Arion auch Austraen dienen kan.
Denn Orpheus wolte nicht nur seine Leyer lieben /
Die sich der Himmel selbst zum Denckmahl einge-
prägt;

Er hat den Menschen auch die Rechte vorgeschrieben /
Und durch dieselben erst Wald / Thier und Fels
bewegt.

Epaminondas wird bis iezo noch gepriesen ;
Weil er die Harffe wohl und künstlich hat gespielt /
Da dem Themistocles der Cicero verwiesen /
Daß er zu dieser Kunst gar keinen Trieb gefühlt.
Drum darff sich unser Freund ins fünffte gar nicht
scheuen /

Wenn Er Austraen ehrt / und auch die Musen liebt.
Hört ein Athias gleich die Esel lieber schreyen /
So bleibt Apollo doch deswegen unbetrübt.
Wir wollen uns indeß auch nichts verstören lassen /
Weil doch der süsse Thon durch Marck und Seele
geht.

Denn diese Himmels Kunst kan wohl kein Mensch
hassen /

(Wie unser Sprichwort spricht) als der sie nicht
verstehet.

Du aber thust sehr wohl / daß Du aus Deinen
Rechten /

Auff die Du Dich bisher höchst-rühmlich hast
legt /

Der Musicorum Recht wilst öffentlich verfehrt
Weil man von solchem sonst nicht viel zu finden
pflegt.

Drum gratuliren wir zu diesen Tugend-Proben
Und stellen uns bey Dir mit vollen Freuden ein
Dein vorgelegtes Werk wird seinen Meister lob
Du sollst der Musen Lust und Themis Prie
seyn.

So sollte seinem Virtuosen
Gliede gratuliren

Das

COLLEGIUM MUSICUM
zu Leipzig.

